

## Meditationes

capitulum. Fortitudo mea dñe: firmamentum  
meum: deus meus: refugium meum et liberator  
meus. Suggere quod de te cogit. doce quod  
tibi placeat. scio namque scio unum quo tu pla-  
caris et aliud quod non spernis. Est viciis ti-  
bi spiritus contribulatus sacrificium. et acceptas  
cor contritum et humilatum. Mis me deus meus  
adiutor meus dita muneribus. his contra  
inimicum muni precibus. hoc de flammis  
vicioz ista refrigerium. hoc autem desiderium  
oritur passioibus pande pium refugium. Fac  
dñe virtus salutis mee ne sim de numero  
eorum qui ad tempus credunt et in tempore tem-  
poris recedunt. Umbra caput meum  
in die belli. spes mea in die afflictionis. et  
salus in tempore tribulationis. En dñe illumi-  
natio mea et salus mea. rogavi quoniam ego  
intimaui que timeo. sed remordet conscientia.  
reprehendunt me cordis secreta. et quod a-  
mor ministrat timor dissipat: zelus inci-  
tat: metus increpat. Acta mea formidine:  
sed tua ingerit pietas fiducia. tua horra-  
tur benignitas: mea tardat malignitas.  
Et ut verius fatear occurrunt memorie  
pharasma vicioz que reuerberant audaci-  
am presumptuum animorum.

**D**ominis questio que propter inobedi-  
entiam a domino non audit. Capitulum III.

**Q**uomodo enim quis  
odio dignus sit: quia forte gratia re-  
quirit: cui pena debet que temeritate  
gloriam deposcit: lacessit iudicem qui post-  
posita satisfactione delictum querit: propter hono-  
rari. regi insultat obnoxiis supplicio qui  
donari flagitat indebito bratio. et dulce  
affectu patris stultus exacerbat filii: qui  
post illatas cruciatas ante penitudinem he-  
reditatis usurpat celsitudinem. Quid mi-  
pater me gessisse fero: merui mortem et pe-  
to vitam. Comoni regem meum cuius impudens  
inuoco presidium. Contempsit iudicem quem te-  
mere postulo adiutorem. Insolens renui au-  
dire preme quem demum presumo habere tutorem.  
Deum mihi quod sero venio: heu heu quod tar-  
de festino. heu me quod curro post vulnera  
dedignas incolumis precare iacula. Ne-  
glexi perspicere tela. non fore sollicitor de  
morte vicina. vulnera vulneribus istis: quod

scelera sceleribus addere non timui. Recenti-  
ti cicatrices labe respersi. quod per se flagicia  
modernis iniquitatibus reciprocavi. et quod di-  
uina solidauerat medicina: mea resoluit  
purigo frenetica. Cuius quod supducta vul-  
neribus morbum celauerat: sanie erumpente pu-  
truit. quia iterata iniquitas processam mihi  
cordia excinaniuit. Noni quod prope scriptum. in  
quocumque hora iustus peccauerit omnes iusti-  
cie eius obliuiscet. Si iusticia abolet ius-  
ti ruentis: quanto magis penitentia pec-  
catoris in idipsum reuertentis. Quoti-  
ens canis redit ad vomitum: et quasi sus re-  
petit volubrum. Fateor quia nihil fecerit  
dari est impossibile. Quot mortalium igno-  
rantes peccare docui: volentes delinquere  
suasi. resistentes coegi. volentibus consensi.  
Quot sane gradibus laqueum induci. via  
querentibus foveam retere: ut parare non hor-  
rerem. obliuisci non metui. Sed tu iustus  
iudex signans peccata quasi in sacculo ob-  
seruasti omnes semitas meas: et cunctos  
gressus meos dinumerasti. tacuisti semper  
siluisti. patiens fuisti. Te mihi demum lo-  
ris quasi parturientes.

**I**udicis timor. Cap. III

**Q**uod deorum do-  
mine prestabilis super malicia. Non  
ui quia manifestus venies. noni  
quia non semper silebis. cum in conspectu  
tuo ignis exardescet. et in circuitu tuo te-  
pestas valida ingruerit: cum aduocaueris  
celum desuper: et terram discernere populum tuum.  
Et ecce coram tot milibus populorum nuda-  
buntur omnes iniquitates mee. tot agmi-  
nibus angelorum patebunt vniuersa sce-  
lera mea. non solum actum sed etiam cogitatio-  
num simulque locutionum. Tot iudicibus in  
ope astabo: quot me pesserunt in ope bo-  
no. tot arguentibus confundar: quot mihi  
probuerunt bene viuendi exempla. tot con-  
vincar testibus quot me monuerunt pro-  
prie sermonibus: sequens imitandos iustis de-  
derunt actibus. Dñe mihi non superpet quod  
dicas. non occurrit quid respondeam. Et  
cum iam intersum seruo illi discrimini: tor-  
quet me conscientia. cruciat cordis arcana: co-  
artat auaricia. accusat superbia. presumit iui-  
dia. inflammat cupiditatem. iustat luxuria.